



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Contra tentationes carnales.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54750](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54750)

præbeamus exemplum, & tamen per intentionem, quâ DEO soli placere quarimus, semper optemus secretum. Greg. hom. 11. in Evang.

Contra tentationes carnales.

Lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in corde meo. Ps. 37. Inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt. Ps. 72. In DEO speravi, non timebo, quid faciat mihi caro. Ps. 55. Eripe me de luto, ut non infigar. Ps. 68. Confige timore tuo carnes meas, à judiciis enim tuis timui. Ps. 118. Homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis. Ps. 48. Et verè, quid est omnis carnalis voluptas? nisi belluina, & brutis communis, quæ, in quantum conjugibus licita est, solo fine Matrimonii velut Sacramenti à Christo instituti coonestatur, ut per propagationem humani generis novis semper impleatur cælum civibus. Averte oculos meos, ne videant vanitatem. Psalm. 112. Momentaneum, quod delectat, æternum, quod cruciat. Indirectè, & statim animum ad alia avocando, securissimè resistitur tentationi carnali.

Quid facies? facies Veneris si veneris ante,
Non sedeas, sed eas, ne pereas per eas.